

dultum dicit. In hoc priuilegio duo conce-
duntur. Primum, omnia priuilegia cōcessa à
Summis Pōtificibus suis p̄decessoribus in
partibus Indiarum p̄sertim, & vbiq; loco-
rum, confirmat, & q̄ sit perinde ac si ab eodē
Paulo. 4. essent concessa, & ob id confirmatū
est priuilegium Gregorij. 9. Nicolai. 4. Six-
ti. 4. Leonis. 10. Adriani. 6. Pauli. 3. & lu-
lij. 3. ¶ Secundo dat, vt Religiosi in Nouo
Orbe possint nouiter conuersis ministrare
omnia Sacramenta, sicut ante fuerat conce-
sum per Leonem. 10. & Adrianum. 6. Et per
eundem Cardinalem Alexandrinum, qui te-
stimonium perhibuit, post creatus Summus
Pontifex Pius. 5. fuit concessum ad instan-
tiam Philippi Regis Hispaniarum, vt Religio-
si in Nouo Orbe administrent omnia Sacra-
menta nouiter conuersis, prout hactenus fe-
cerunt, etiam sine licētia Diocesani, vt patet
in priuilegio.

¶ Et tandem his nostris temporibus Pius
Quintus Romæ apud Sanctum Petrum sub
anulo Piscatoris, die. 24. Martij, anni Domi-
ni. 1567. Pontificatus sui anno. 2. ad instan-
tiam Philippi Secundi Regis Hispaniarum
cōcessit licentiam, & facultatem auctoritate

Aposto